

nones, intestina; tum venæ, arteriæ, nervi; etiam si nunquam animalis corpus aper-
tum conspexisset; vix dubitaret, quin simi-
lis quædam fabrica, ac partium varietas, in
pove, porco, cæterisque bestiis inesset.
Nec si unius, ex Saturni aut Jovis Comiti-
bus, naturam cognitam haberemus, non
eadem fere quæ in illo, in cæteris quoque re-
periri putaremus? Similiterque ex uno quo-
piam Cometa, si quidnam esset perspici pos-
set, eandem omnium rationem esse statue-
remus. Itaque plurimum ponderis habet
illa ex similitudine petita, & à rebus visis ad
non visas producta ratio. Quam proinde
sequentes, ex Planeta uno, quem coram
aspicimus, de reliquis ejusdem generis rectè
conjecturam faciemus.

Ac primùm quidem, non aliter quam ^{Planetas}
Tellus nostra, solido corpore eos constare ^{solidos}
existimabimus. Deinde prorsus etiam ve- ^{esse &}
risimile censebimus, adesse globis eorum id ^{gravita-}
quod gravitatem appellamus; cujus vi cor- ^{te pol-}
pora quæque, in superficie eorum hærentia, ^{lere.}
premant eam; aut, si dimoveantur, ex o-
mni parte velut attracta recidant. Quod ex
ipsa quoque globi forma liquet, cum hæc ex
conatu corporum, ad centrum unum tenden-
tium, generetur. Imo jam, certo quodam
ratiocinio, colligere didicimus, quanto ma-
jus minusve in Jove ac Saturno, quam apud
nos, gravitatis momentum esse debeat. Qua

B

de